

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Johannis Segeri Weidenfeld De Secretis Adeptorum Sive Usu Spiritus Vini Lulliani Libri IV**

**Weidenfeld, Johann S.**

**Londini, 1684**

136. Spiritus Mercurii universale sulphure Solis & Martis acuatus Basili

[urn:nbn:de:bsz:31-96282](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-96282)

duplum spiritus Mercurii ex spiritu albo Vitrioli, confecti; similiter accipe sal Lunæ extractum & clarificatum, quod commisce cum triplo spiritus Mercurii, luta ambo vitra, & in Balneo leniter digere per octo dies & noctes; cave ne aliquid pereat de sulphure & sale, sed maneant in eadem quantitate, qua separata fuerint ex Argento. Finita putrefactione ambas dissolutiones misce & destilla, &c.

*Aliquando hunc spiritum acuit absque sale metallico & sulphuribus tantum ita;*

135. Spiritus Mercurii universalis  
sulphure Solis & Lunæ acua-  
tus Basili,

*Libro Particul. in Particul. Lunæ.*

R. **S**ulphuris Lunæ partem unam, sulphuris Solis partem semis, spiritus Mercurii partes sex, conjunge hæc invicem, luta bene, digere in calore leni, & evadet liquor rubicundi coloris, destilla per Alembicum ut nihil remaneat.

*Non solum fermentavit hunc spiritum Mercurii sulphuribus corporum perfectorum, sed his superaddidit aliquando sulphur alicujus metalli imperfecti, utpote Martis. Ita*

136. Spiritus Mercurii universalis  
sulphure Solis & Martis acua-  
tus Basili,

*Libro Partic. in Partic. Solis.*

R. **S**ulphuris Solis & sulphuris Martis ana partes æquales, spiritus Mercurii ad duorum digitorum supereminentiam, ut materia bene dissolvatur in aquam auream rubini coloris, mixta destilla per Alembicum, ut fiat unum quid, quem ad-

admodum ab initio erant ex uno stemmate, ferva bene ut nihil evaporet.

*Aliquando præter sulphur Martis etiam addidit sulphur Antimonii. Ita*

137. Spiritus Mercurii universalis  
sulphuribus Solis, Martis, & An-  
timonii acuatus Basilii,

*Libro Partic. in Particul. Antimonii.*

R. **S**ulphuris Antimonii partes duas, sulphuris Solis partem unam. Misce. R. Sulphuris Martis partes tres, spiritus Mercurii partes sex, digerantur bene lutata ut sulphur Martis dissolvatur totaliter; tum injice quartam partem de sulphure Antimonii & Solis, luta iterum & digere usque dum fuerint omnia dissoluta, tum alteram quartam partem Antimonii & Solis adde, reiterando opus ut antea donec omnia optimè sint commixta, & materia reddita instar olei crassioris rubicundi, destilla totum per alembicum.

*Aliquando fermentavit hunc spiritum per modum inusitatum, videlicet absque omni sulphure metalli perfecti, sed meris imperfectis tantum. Ita*

138. Spiritus Mercurii universalis  
sulphure Martis, Jovis, & Sa-  
turni acuatus Basilii,

*Libro Partic. in Partic. Mercurii vivi.*

R. **A**nimæ Martis uncias duas, animæ Saturni unciam unam, animæ Jovis unciam unam, dissolve in spiritus Mercurii unciis sex, bene dissoluta destilla per Alembicum absque omni residentia in aquam auream transparenti dissolutioni auri similem. *Quantum*